

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Cupiditas ac  
cum fonte primo

Quamdiu tibi satis nil fuerit, ipse aliis non eris.

Quomodo, inquis, exibo?

Vtrumque cogita quam multa temere pro pecunia,  
quam multa laboriose pro honore temptaueris.

Quantum ad successum accesseris,  
accedet et metus.

Seneca ibidem (XIX. epistola).

Et avida felicitas est et alienae aviditati exposita;  
quamdiu tibi satis nihil fuerit, ipse aliis non eris.  
‘Quomodo’ inquis ‘exibo?’

Utcumque. Cogita quam multa temere pro pecunia,  
quam multa laboriose pro honore temptaveris:  
aliquid et pro otio audendum est,  
aut in ista sollicitudine procurationum  
et deinde urbanorum officiorum senescendum,  
in tumultu ac semper novis fluctibus  
quos effugere nulla modestia,  
nulla vitae quiete contingit.

Quid enim ad rem pertinet an tu quiescere velis?  
fortuna tua non vult.

Quid si illi etiam nunc permiseris crescere?  
quantum ad successus accesserit  
accedet ad metus.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*, 19.7-8 (L. Reynolds ed., vol.1, pp.51-2,  
ll.24-28, 1-6).